



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XXXVIII. Christus apud Pilatu[m] accusatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

VERITAS. Matt. 27. 7. 8. 9. 10. vt præcedenti capite. Actor. 1. 18. 19. vt eodem cap.

CAPVT XXXVIII.

Christus apud Pilatum accusatur.

FIGVRA. Daniel accusatur apud Darium & tandem innocens condemnatur ad lacum leonum. Dan. 6. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

PROPHETIAE. Psalm. 14. 3. *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* Psalm. 56. 5. *Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormivi conturbatus, filij hominum dentes eorum, arma & sagitta & lingua eorum gladius acutus.* Psalm. 63. 4. *Quia exacerunt verum gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.* Psalm. 108. 2. *Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.* Psalm. 139. 2. 3. 4. *Eripe me Domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde tota die constituebant praelia. Acceperunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum.* Ezech. 16. 48. *Vino ego dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua, & filia eius, sicut fecisti tu & filia tua.* Osee. 7. 13. *Vae eis, quoniam recesserunt a me: vastabuntur, qui prauaricati sunt in me: & ego redemi eos: & ipsi locuti sunt contra me mendacia.*

T

VF

VERITAS. Matth. 27. 2. *Et vinculatū duxerunt eum & tradiderunt Pontio Pilato praefecto.* Luc. 23. 1. 2. *Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tribuere caesari, & dicentem, se Christum regem esse.* Iohn. 18. 29. 30. 31. 32. *Exiit ergo Pilatus ad eos foras & dixit. Quam accusationem affertis aduersus hunc? Responderunt & dixerunt ei: Non scit. Respondit hic malefactor non tibi tradidissimus eum. Dixit ergo eis Pilatus: accipite eum vos & secundum legem vestram iudicate eum, dixerunt ergo Iudei. Nobis non licet interficere quemquam, ut sermo Iosephi pleretur quem dixit, significans quia mortuus esset moriturus.*

CAPVT XXXIX.

Christus fatetur se regem & ad testandam veritatem venisse, tacet ad conuitia Iudeorum & ad interrogationem Pilati.

FIGURA. Quærunť fratres à Iosephum regum illorum erit. Genes. 37. 7. 8. *Putabam nos ligare manipulos in agro & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosq; manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris? aut subiciemus tibi rationem tuam? Hec ergo causa somniorum atq; sermorum, inuidia & odij vomitem ministrant.*

PROPHETIA. Psalm. 2. 6. *Ego autem*